

Gregorius IX. ut ad mutuam pacem
 Duces Polonia incitet, et eos ab infi-
 delium subsidiis deprecandis abducat,
 Provinciam Polonia præficit.

Gregorius Episcopus, servus servorum Dei,
 dilecto Filio Sui Priori Provinciali Po-
 lonia Ordinis Fratrum Prædicatorum salu-
 tem et Apertam benedictionem.

Sibi graves et molesti proximis esse Duces Polo-
 nia referuntur, nam seducti arbitrio reproba volun-
 tatis non contenti, quod pro exercendo mutuo guer-
 rarum discrimine, de quo damna rerum, strages cor-
 porum et pericula proveniunt animarum, utantur
 potentia brachii Christiani, verum etiam in eorum
 succursum Saracenos, Rutenos, et alios Catholica
 Fidei advocant inimicos, per quos, ut dolentes ac-
 cepimus, præter multa, quæ proveniunt enormia, ve-
 lut qui viam Domini non agnoscunt et Ecclesi-
 as diruunt et horribilius, quam ut debeat exprimi,
 tractare Sanctissimum corpus Dñi non verentur.
 Cum igitur tantam sene Creatoris injuriam non
 possimus, cuius, procho dolor! causa videntur existe-
 re, qui deberent potius ipsum continua devotionis
 obsequio honorare, id quod ab ipso conditi et re-
 dempti, nosse, posse, vivere et valere perceperint de
 sua dextera largitatis: presentibus mandamus, qua-
 tenus memoratos Duces ad pacis et concordie qua-
 siam reducere salutantes, eos piis monitis, et sedu-
 lis exhortationibus ad hoc efficaciter inducatis, quod
 in huiusmodi gueris suis perfidarum nationum
 subsidia exposcere non præsumant, præsertim cum
 ex illarum perfidia sinceritas fidelium maculetur
 et consurgant inde multa dispendia Deo et ho-
 minibus multipliciter inimica. Quod si non mo-
 nitio

nilis vestris acquiescere forte voluerint, vos eos ab
hujusmodi presumptione desistere per censuram Ec.
clasticam, appellatione remota, cogatis; proviso
ne in Terram dictorum Ducum interdictum.